



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Panegyricvs De Institutione Collegii Germanici Et Vngarici

Cataneo, Girolamo

[Romae], 1652


urn:nbn:de:hbz:466:1-12735



1. Panegyricus de Institutione Collegij
Germanici et Ungarici. pag. 1.
2. Le Revolutioni di Napoli ac.
dal Signor Alessandro Giraffi. pag. 68.
3. Guilielmi Becani e Societate JESV
Idyllia et Elegia. — " — " — " — " 172
4. Christophori Ranzouij, Epistola ad
Georgium Calixtum. — " — " — " — " 234
5. Henrici Valesij Oratio in Obitum
Jacobi Sirmondi. — " — " — " — " 273
6. Leonis Allatij Melissolyza de laudibz
Dionysij Petauij — " — " — " — " 289

X. VII. 19.

Ph. 5871.



3
4
5
6
Ex Legato Chmi Principis Ferdinandi
Epi Paderb. et Monaster.
Anno 1683.

Collegij Pallas Juno Victoria




F Romanell del. F Poilly sc.

Terdinandi Fürstenbergij

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, written in a cursive script.


2
3
4
5
6

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or footer, written in a cursive script.



PANEGYRICVS
De Institutione
COLLEGII GERMANICI
ET VNGARICI
A COMITE EVSEBIO
TRVXES
Collegij eiusdem Alumno
Dictus
A HIERONYMO CATANEO
Societatis Iesu
Scriptus
ANNO SAECVLARI
EIVSDEM COLLEGII

Aurea me Vigili






1

INNOCENTIO X.

PONT. OPT. MAX.

*Collegium Germanicum et
Vngaricum F.*



S MAGINEM no-
stri Seculi Vir-
tutes, A Erum-
nas pro Romani cul-
minis, cui præfides,
maiestate expensas, to-
leratas Tibi sistimus

a 3

BEA

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

BEATISSIME PATER.
Non tamen ea ostendimus, vt imputemus.
Nam neque Tu si è Vaticano tuo Cœlites inferas templis, & in aris Numine coram ipso ostentes, id facies, vt exprobres Deo Martyrum pœnas: facies potius vt in eorum cruciatibus beneficentissimum prædices Deum. Vt igitur Tu Deo, ita nos
Tibi

e

Tibi Hæroum facta
monstramus; non qui-
dē vt iactemus quid-
quid pro Ecclesia fe-
cimus, sed vt refera-
mus gratias, quod ali-
quando fecerimus.
Hoc enim habet com-
mune cum Deo Ec-
clesia, vt apud vtrum-
que, ipsum fecisse re-
cepti loco beneficij
fit. Sed & alijs quoq.
causis impellimur, vt
nostrorum operum si-

a 4 mu-

mulacra Tibi exhibeamus. Etenim cum nostræ Laudes ex amplificata Religione potissimum scateant; earum maximam partem aut per Te, aut sub Te meruimus. Certè ex quo Germania è Vaticano complexu sese diuulsit, nūquam proniore animo nutauit, ac quasi impulit sese in reditū, quā Imperij Tui fore

tu.

3

tunatissimis annis.
Properavit enim in
Romane Religionis
obsequium, Odoar-
dus Comes Palatinus,
Vldaricus Dux Vir-
tēbergicus, Dux Hol-
satiæ Sunderburgen-
sis, Ioannes Fridericus
Dux Branfuicensis, &
Luneburgensis: Ac-
cesserunt Duo Hassiæ
Lantagrauij Ernestus
nimirum, & Eleono-
ra vxor: Tanta profec-

to

to tam breui tempore
coronarum series, vt
videatur Germaniæ
Genius quodam fato
se se diu continuisse,
quo plenius ex omni-
bus folijs ad tuum si-
num, ac pedes erum-
peret. Quod si cæteros
primarię dignitatis vi-
ros recolerem, oportere-
ret Populum integrũ
Nobilitatis recensere.
Non mittam tamen
Volfangum Frideri-
cum

4
cum Hoffman Baro-
nem Morauum, non
Franciscum Antoniũ
Baronem de Pescoui-
tz, non Christophorũ
Ranzouium Equitem
Holfatum, non demũ
Erardum Comitem
Truxes. Nam horum
postrema prerogatiua
Nobilitas est: Alius
armis, alius eruditio-
ne, alius prudentia in-
clitus, omnibus ea pie-
tas, vt ingenium, san-
gui:

†

guinem, omnia Reli-
gioni deuouerint. Ne
que hic heret redeū-
tis Septētrionis cur-
sus. Cæsar Hæredita-
rias Prouincias, scili-
cet, magnam Germa-
niæ partem quotidie
Hæresi exonerat: Et
eo ardore, vt litteræ
nuper attulerint, hoc
vno anno in vno Boe-
miæ Regno triginta-
sex hominum millia
ad Romanam Fidem
ad.

aduenisse. Certe si
Tuus animus vel om-
nem sceleris vmbra
non horresceret, dice-
rem Te Hæresi multū
debere. Nam Tuæ
gloriæ res acta est: Vi-
detur olim rebellasse,
vt nunc Tibi famula-
retur, suam pertinaciã
Tui Imperij honori
vouisse. Ibit profecto
Tuum nomen in ven-
turas ætates, & cum
de propagato, aut re-

ce-

cepto Religionis imperio apud Posteriores recordatio incidet; Vingtī præteritorum Pontificū Annales vnus Tu fastis tuis superabis. Non tamē ignoramus, quod pluribus ea cogitatio accedet, vt hæc omnia meræ indulgentiæ Fortunæ tuæ tribuant. At esto. Nam primum publicorum hominum fortuna Virtutis nomen,

ac

6
ac meritum vindicat
sibi . Ideo eā in Prin-
cipe cupimus , in Du-
ce quærimus. Nec A-
lexander, nec Cœsar
cum Terrarum Orbē
domarent, aliud Ami-
corum, & Hostiū au-
ribus intonabant, quā
Fortunam suam. At si
fælicitas in Principe
æstimabilis, in Ponti-
fice adoranda. Nam
Fortuna Pōtificis Dei
quodammodo Fortu-
na

na est. Cum ex eius
fato Diuina Religio
pendeat, vnius prof-
peritatis, aut infortu-
nij cardine vertitur
Cœlum. Quantus au-
tem oportet vt ille sit,
cum quo Deus sortes
suas coniūxit; & quo-
niam amat, fœlicem
voluit? Non tamem
hec beneficia manu
desidi excepisti. Tã-
ta benignitas, qua cõ-
plexus es aduentãtes

Ro-

Abbates S. R. I. Principes.

7

Ioannes Adolphus ab Ho-
henegg Abbas & Princeps
Fuldensis.

Ioachimns à Grauenegg Abbas
& Princeps Fuldensis.

Romanus Ghel à Ghielsberg
Abbas & Princeps Campi-
dunensis.

Georgius Kalckenreid Abbas &
Princeps Murbacensis, &
Lutrensis.

Principes nati:

Ioannes Carolus Marchio
Badensis.

Bernardus V Vilhelmus Mar-
chio Badensis.

c

In

7
In Regno Hungariæ Ar-
chiepif.

Emericus Losy Archiepif.
Strigoniensis.
Georgius Lappay Archiepisc. Stri-
goniensis.

Episcopi.

Georgius Drascouitius
Episc. laurinenfis.
Georgius Iacoscitob Episc. Agri-
ensis.
Georgius Szelepzeni Episc. Ni-
riensis.
Benedictus Kisdi Episc. Agrien-
fis.
Stephanus Bosniack Episc. Quin-
que

que ecclesiensis.

Paulus David Episcop. Vespri-
miensis.

Nicolaus Novack Episcop. Ce-
radiensis.

Paulus Hoffman Episc. Quin-
queecclesiensis.

Ladislaus Martini Episc. Va-
ciensis.

Thomas Balasphi Episc. Quin-
queecclesiensis.

Georgius Nagitfalvai Episc. Zic-
kiensis.

Michael Kopsani Episcop. Syr-
miensis.

Andreas Francisci Episc. Se-
gniensis.

Episcopi & Suffraganei in
Germania .

Antonius Tridit Constan-
tensis .

Ioannes Iacobus Murgd Con-
stantiensis .

Zacharias Stumpf. Horbipolen-
sis .

Ioannes Casparus Stredede Pas-
saviensis .

Fridericus Fornerus Bambergen-
sis .

Sebastianus Myllerus Augis-
tanus .

Guilielmus VVcilhammer Pa-
saviensis .

Georgius Helfrenstein Treuiren-
sis .

Iodon

Iodocus Vvagrahuber Herbi-
polensis: 9

Nicolaus Elgardus Erfordiēsis.

Petrus Binsfeld Treuirensis.

Casparus Karas Olomucensis.

Simon Feurstein Brixinensis

Iesse Perghoffer Brixinensis.

Ioannes Fridericus Breiner Olo-
mucensis.

Ioannes Balchasar Liesch Vra-
tislauiensis.

Otto Gereon Coloniensis.

Gabriel Haug Argentinensis.

Udalricus Grappler Passawien-
sis.

Ioannes Gross Herbipolensis.

Sigismundus Myllaras Con-
stantiensis.

Ex

Ex Italis.

Gregorius XV. Pontifex
Maximus.

Michael Cardinalis Bonellus.

Cinthyus Card. Aldobradinus.


Ludouicus Card. de Torres.

Carolus Card. de Comitibus.

Franciscus Card. Maidalchinus

Et multi alij Prasules, ac Epi-
scopi.

*Imprimatur, Si videbitur Reuerendis-
simo Pat. Mag. Sac. Pal. Apost.*



A Riualdus Vicesg.



*Imprimatur, F. Vincentius Panus
Mag. & Soc. Reuerendis. P. F.
Vincentij Candidi S. A. Pal. Mag.
Ord. Pred.*

[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is difficult to decipher due to its lightness and the age of the paper.]



PANEGYRICVS.



A est inter Ocea-
num, Fluiosque
diuersitas, vt ma-
re, cum aquarum
dona transmittit, ea per spe-
cus, ac latebras porrigat; qua-
si liberalitatem, & manum
abdere affectet; At flumina,
cum riuorum tributa repo-
nunt; aperto Cælo, & sonoro
gradu descendant, vt credibi-
le sit, eum ciere fragorem,
qui loco vocis edicat: Quid-
quid debebamus, exoluimus.

A

At-

Atque id quidem documēto Naturæ opportuno; Nam alius est abeuntis, alius reuertentis beneficij inceſſus, ac habitus. Si vadit, fileat; ſi redit, ſtrepit neceſſe eſt. Enimvero is, qui beneficium facit, ſecura modeſtia vtitur, & ſi liberalitatem ſuam premat, nullum damnum, probrum, nullum exilit foras: quidquid liberaliter dedit, conſcientia intus laudat, ſeruat in tuto, Ei autem, qui reddit, anceps ſæpe verecundia imminet; niſi cunctis reſtitutor plenus appareat, ingrati nomen, & turpis nota circumſtat: Quam repellendi ſi alia via non pateat

teat, præstat in aduersum ostentationis crimen excurre-
re: quandoquidem, cum ostentator videris, exemplum,
aut tibi tantum, aut nemini nocet; at tibi, & omnibus, cum ingratus. Quamobrem excusabimur, puto, si dū Vaticanę beneficentię, quę exundantis instar Oceani in nos inundauit; centesimum post annum, virtutum nostrarum riuulos reportamus, sonitum pompę, & murmur celebritatis addidimus, vt audiat, vt videat Europa, quòd reddimus. Sed fortè inuenerim, qui & hanc residentis animi moderationem in turgidę argu-

A 2 men-

mentum superbiæ vertent .
Nam sic, inquit, sæculum
vestrum futuris sæculis spec-
taculum facitis, omniũq. æta-
tũ oculis virtutes vestras in-
geritis, & fortassis eo animo,
ea fiducia, vt tota Posteritas
aut laudet, aut stupeat. Quid
ergo? Ingrati erimus, ne vi-
deamur ambitiosi? Certe,
vnus est casus, in quo & ipsa
debet modestia verecundas
a se vmbas excutere, in stãtia
vela discerpere, & repositam
introrsus dotem, refugientes
in sinum opes, gemmas foris
iacere; cum nimirum ea bo-
na, effectus sunt potius alienæ
beneficietæ, quã suæ virtutis.

Si

Si tunc enim abscondit non
suæ verecundiæ parcat, alte-
rius gloriæ inuidet. Cum igi-
tur quidquid egregij, excelsi
quidquid hoc sæculo gessi-
mus, Vaticana manus aperto,
atque arcano vigore suffece-
rit; non erit ambitiosum in-
dicare virtutes nostras, inui-
dum esset eas abdere, ne fon-
tem monstremus. Neq. Tel-
lus, si florum purpuram, si
messium aurum, quæ à Cælo
accipit, Cælo ostendet, ambi-
tiosa putabitur, at grata dice-
tur. Sic enim probat non tan-
tum sibi vberem glebam,
quantum genitalem lucem
adsuisse sideribus. Pariter ex

A 3 opu-

opulenta grandium operum
messe, quam terimus; oculata
Posteritas non tam fœcundi-
tatem nostri soli, quam super-
norum luminum beneficentiam
arguet: Sciet vbi, at di-
cet vnde fertilitas tanta pro-
uenerit, intentoq. digito Va-
ticana astra monstrabit. Itaq:
si præclara hæc opera verecun-
do silentio modestia operiret,
tunc enimvero videremur,
tunc essemus ambitiosi. Scili-
cet argumentum omnibus
foret, eam nobis mentem in-
cidisse, vt nostra reputemus
esse, quæ abdimus, quæ con-
temnimus; quasi iure nostro
nostra nos gloria abdicemus.

Nam

Nam laudem premere si tuā
licet, alienam non licet. Iam
vero quamuis honoris cupidi
essemus, non vituperabiles ta-
men essemus. Etenim gloria
virtutis est, aut soror, aut ge-
netrix. Vtraque nec auro ca-
pitur, nec voluptate corrup-
pitur: Neutram sordidam;
neutram videris effœmina-
tam: cum illa nil extra se
quærat, hæc vix aliquid præ-
ter se. Quamobrem, & bene
à Moderatoribus consultum
foret huic parvæ Reipublice,
si hæc Heroum magnifica
dedicatio ad eum tantum fi-
nem instituta esset, vt nostro-
rum animi excitarentur ad

A 4 glo-

21
gloriam, quæ tandem virtutes aut parat, aut parit. Profecto Sapientissimæ Nationum Græca, & Romana, vt proficuum hanc cupiditatem patrijs mentibus tenacissimè inderent, mundum sibi totum, in suarum laudum spectaculum, diuiserunt. Nam, voluit altera, vt cælum totum; altera, vt terræ omnes gloriæ suæ seruirent. Illa ciuium suorum nomina Herculem, Perseum, Orionem, in syderibus scripsit: Hæc ciuibus suis Nationum vocabula sparsit, alios Africanos, alios Asiaticos vocans: Non pauci à Creta, Macedonia, Da-

Dacia dicti: Plures Germani-
ci, Britannici, Gallici, Hispa-
nienses appellati: Adeo ut pos-
set nemo Cœlum respicere,
nisi legeret Græcas laudes;
nemo terras circumire, nisi
singulis pœne vestigijs Ro-
mana decora tangeret. Ve-
rum si nos honoris incurio-
sos à sæculari virtutum ostē-
tatione cæterę causæ depelle-
rent, vna ambitionem extor-
queret, videlicet beneficijs
vestris debitus honos; ut ea
deinceps malignitas vel si-
lens transeat, vel prona vene-
retur. Cum enim in Nos Va-
ticana Regia vestra tantum
curæ, tantum pecuniæ, tan-
tum

tum pecuniæ, tantum & a-
 moris impenderit, impendat-
 que; docere palam necesse est,
 ea omnia bene posita, bene
 respondere, ne vestræ aliquã-
 do manus accusentur vt fa-
 tuæ, quod in solum, aut steri-
 le, aut mendax femina tanta
 proiecerint. Et sanè id vnum
 petet oratio mea, vt liqueat,
 Collegium Germanicum, at-
 que Vngaricum eam Virtu-
 tum vbertatem, ac copiam
 primo sæculo protulisse, vt di-
 gnus campus euaserit, quem
 Pontifices regia manu seue-
 rint, publico auro rigauerint.

Quoniam honestorum, ac
 turpium femina ita permis-
 cuit

cuit Deus ; vt confuso vtro-
rumq. ortu è falutaribus no-
xia, è noxijs falutaria in Rem-
publicam fcateant , non est
cur diffimulem originem no-
stram: mala est, improba est,
& ideo splendida. Quin etiam
cum ea mortalium rerum
conditio fit , vt optima non
nisi post pessima accidant,
quasi summa flagitia maxi-
marum virtutum fata matu-
rent audeo dicere domum
hanc formosissimam Filiam,
quia turpissimæ Matris. Nam
ea Hæresis, quam ignoro Lu-
theranam ne, Calvinianãue,
an Anabaptisticam, an omnia
nuncupem? causa fuit vt na-
sce-

sceremur, & causa essemus, ut
occideret. Profecto si ætatū,
si terrarum omnium Hære-
ses à fundatę religionis initio
circumspectes, nulla prorsus
occurreret, quæ scelerum nu-
mero, violentia, ingenio
istam aut vicerit, aut æqua-
uerit: Quasi Orcus conti-
nuata per sæcula nequitię ar-
tes enixus, cumulata prauita-
tis magisteria excussisse pos-
tremo videatur, ut opus om-
nibus fraudibus elaboratum,
absolutum ederet. Nam pri-
mam antiquas Hæreses vna,
dumtaxat causa, vna furia su-
scitabat. Nimirum aut error
in Ebione, aut ambitio in

Dio-

Dioscoro, aut rabies in Dona-
 to, ministravit impias faces,
 quas Populorū supersticio se-
 mel, semel sagacitas Principū
 cœco, ac sœdo concepit incē-
 dio. At Hæresis hæc toto cu-
 piditatum pondere incubuit;
 Etenim falsæ opinionis dif-
 cors series, improbi honoris
 certamen multiplex; simul
 & Nationum corruptus ge-
 nius, & Principum operta
 calliditas; à Cesare metus, in
 Pontificem odium, inuidia,
 in Austriacos ad turpissima,
 quæque ruenti animos, sti-
 mulos, erynnes vniuersas ad-
 diderunt. Adeo vt quæ olim
 diuisa satis perditas, nocen-
 tes

tes satis Hæreses fecerāt, hæc
in se collecta miscuerit, vt
omnibus iniquitatis causis
primum accenderetur; dein-
de peccaret. Nec solum sce-
leribus stimulos dedit, sed pa-
bula præparauit. Per hanc
enim licuit Principes, Tyran-
nos fieri; Subditos, rebelles;
Sacerdotes, maritos; Monia-
les, nuptas; flagitia ipsa, virtu-
tes; cuiuslibet conscientiam,
Deum. Omnia vitia excussit,
& omnibus satifecit. Nec mi-
rum propterea, quod pessi-
mis foeta, pessima abortiretur:
Cum veterum sectæ in vnum
tantum modo, aut alterum
Religionis fundamentum to-
se

se nisu proiecerint, quippe
Sabellio Augusta Trinitas,
Diuinus Filius Samosateno,
Macedonio Diuinus Spiritus
unicus fuit violenti sceleris
scopus; Nec multa Nestorius,
nec multa Basilides; Marcio
etiam, ac Montanus non nisi
pauca Religionis arcana ten-
tarunt, vt in summa audacia
aliquam tamen verecundiæ
speciem approbasses. Septen-
trionalis autem Hæresis pro-
caci, ac rabida flagitiorum
fœtura implexas, & recurren-
tes pestes extulit; quasi infini-
tas susceperit, vt vel pluribus
victorijs vinceret, vel post cla-
des plurimas vinceretur: ha-
be-

beret arma, quæ nos debella-
rent, arces, quibus se tueretur.
Nā scelus si alios scelere ferit,
se scelere protegit. Certè quid
quid olim Oriens, Occidens-
que delirauit, vnius ingenio
sapijt. Quanta Iouinianus,
quanta Vigilantius; quæ Mas-
siliiani, quæ Gnostici, quæ I-
conomachi: omnia Berenga-
rij, & Abailardi monstra: tot
ac tantas Hussitarum, ac Vi-
cleffi pestes in se se transfu-
dit, vt regurgitante sæculorū
omnium veneno vna inunda-
ret. Quod si quædam non
attigit, quæ in Diuinitatem,
aliquando Aegyptus, aliquan-
do Græcia ingeniosè impia
fin-

finxerat; Scias secretas curas
è cæno mortalitatis, quæ à
Deo in homines multo cum
fœnore non referrent, aut ex-
cusationes, aut incitamenta
libidinum tanquam infæ-
cunda scelerum scelera repu-
diasse. Nequijt enim esse, nisi
magno culpæ cum lucro fla-
gitiosa. Sed quæ nequitia in-
strumenta non sumpsit, quã-
doquidem, & improbitas ab-
ijt in disciplinam, quasi parũ
à mortalibus multa sine arte
peccetur? Coeteras olim He-
reses vna tantum iniquitatis
illecebra grassatas scimus. Nã
Pelagiana quidem ingenio
fremuit, at armis pepercit; Al-

B

bi-

bigensis contra armis viguit,
at ingenio lāguit; Arriana ve-
ro si armis ferox, si litteris va-
lida, non tamen voluptatibus
lubrica. Sed hæc, pro qua vni-
uersæ scelerum artes coniu-
rarūt, roborata per Martem,
mollita per Venerem, honest-
tata per Palladem est. Scilicet
metu, cupidine, ratione tri-
plici animorū Domino im-
petrauit, vt absistere pauci
possint, rarus velit, & rarissi-
mus sciat; si quidem delictis
omnibus excusationem me-
tuendo inuenimus, cupiendo
facimus, ratiocinando honest-
tamus. Atque hinc est quod
licet ita rerum genium tem-
pe-

perarit natura, vt maxima ma-
 la breuiffimè viderent, cum
 fatis viuant, fi multum nocēt;
 hæc tamen spes verè impro-
 bas in sæcula miserit. Fuit fa-
 nè, fuit prifcis temporibus ad-
 uerfus hærefes ingens leua-
 men, ominari exurgentibus
 fectis vitam non longam: Nā
 cum nocumenta diuiffent;
 fi vna fplendidas laruas affe-
 rebat; Aderat veritas, vt ratio
 vinceret; Si altera dulces li-
 bidines; Inftabat pudor, vt ve-
 recundia intraret; Si quæ cę-
 des, & fanguinem; Furentes
 gladios, aut miferatio, aut
 laffitudo ponebat: Habebant
 optimam mali conditionem,

B 2 spa.

spatium breue nocendi. Ad-
uersus hanc omnia complec-
tentem omnium labor incas-
sum. Suadeatur error? Li-
bido dolet. Libidinem pu-
deat? Error decipit. Vterque
consentiat? Armatorum Prin-
cipum furor infremit. Adeo
dum malum inuicem malum
sistit, ac impedit, scelere suo
constantiam faciunt. Quid-
quod cum veteres sectæ vno
Patrono niterentur; causa
fuit, vt vnus vita surgerent,
vnus morte interirent. An-
non occiso Iuliano Idolorum
cultus modo renatus, statim
extinguitur: Arrianismus sub
blato Constante nutauit, Va-
lente

lente mortuo iacuit? Contra
 vero quis nesciat, quod ipse-
 met Arrianus error, cum
 multam Gothorum stirpem
 infecit, reuixerit longius; I-
 conomachus, quia in lōgam
 Leonum feriem incidit, diū
 durarit? Hæc autem, vel ab
 initio centum animabus
 viuit: multos Reges, plures
 Principes, innumeras Respu-
 blicas in sui tutelam statim
 acciuit, vt planè infinitus fa-
 torum ordo pro vnius fato la-
 borēt. Quoties antiquæ Hæ-
 reses vnius tantum Cæsaris
 spectarunt ætatem, cum sæpe
 nec Imperium, nec impietas
 transfiret ad hæredem, sed in-

B 3 ho-

55
hostem incideret? Hæc qua-
si de mortalitate secura pes-
simis è parentibus nequio-
res ad filios gradu non inter-
rupto descendit, vt progenie,
sic scelere semper superstite.
Quod si veritas, aut Deus ali-
cuius Principis animum ar-
cana luce contingat; is fœde-
rata, & simul regnante hære-
si septus, à criminis commu-
nionem diuelli non audet, ne
si nuper amici, iam hostes in-
vltionem exurgant, . Prin-
cipatus iactura luat pietatē.
Et rarus est, qui vt desinat es-
se scelestus, Princeps esse de-
suerit; Nam si, vt aiebat ille,
ad parandum principatum,
om-

omnia licent, plusquam omnia ad seruandum . At si malum, quod Princepes; peius quod Respublicas tanta pestis imbuerit . Quippe Respublicæ vt rerum omnium, ita Religionis apprimè tenaces: ex suscepto semel instituto aut semper bonæ, aut malæ semper existunt, & ni externa necessitas vrgeat, vt nascuntur, intereunt . Ita Tartarus æmulatus est Cœlum, vt ex optimis artibus didicerit pessimas . Nam sicuti Deus, vt aduentanti Religioni paratum iter insterneret, Romanam Rempublicam, multiplex caput, disiecit, atque in

B 4 vnum

vnum Principem transtulit,
 vt in quod Cæsar vergeret,
 curreret orbis terrarum; ita
 ex aduerso malus Dæmon
 tunc deterrimam Hæresum
 sparsit, cum alias Respubli-
 cas nasci, alias nascituras præ-
 uidit, vt ab ijs retibus, in
 quas multitudo semel im-
 pingeret, nunquam se expli-
 caret: Atque ita obstrueretur
 trita Prouidentia via, cui
 satis erat vnus cor tangere,
 vt Nationes impelleret. Igi-
 tur Septentrionalis Hæresis
 tam excelso loco se posuit, vt
 suum excidium mortali è
 manu & consueta per arma
 non timeat: Posita extra ic-
 tum

cum humanæ, vulgarisque
 fortunæ, omne telum ridet,
 tâquam viuere debeat, mori
 non possit; Superbitq. insolens,
 quasi eo compulerit Deum,
 vt vel dira môstra toleret, vel
 magna miracula impendat.

Ergo aduersus malum
 cupidinæ multiplex, peste
 multiforme, fraudibus in-
 finitum, quodque sceleris æ-
 ternitatem minatur, Roma-
 na Ecclesia duo illa remedia,
 statim expedit Arma, atque
 Concilia, vt contumaciam
 ferro frangeret, errantes ve-
 ritate deduceret; Cœlû imi-
 tata, quod aduersus terras nõ
 minus fulmine, quam fulgu-
 re

re militat, quasi altero puniat,
& altero doceat: in obstina-
tos sæuiat tælo, luce cecutien-
tes erudiat. Sed etſi bellum
Pauli Tertij prudentia indi-
ctũ, Caroli Quinti fortitudi-
ne geſtũ fuerit; nobiſcũ for-
tuna, nobiſcum victoria ſte-
terit, ita vt hoſtium clades
vndique ſparſerint, & in ipſa
Saxonis, ac Haſſij colla cate-
nas intulerint: Hæreſis tamẽ
victa, non domita ex infor-
tunijs ſuis ſe ſe dimenſa, vnũ,
idemq; peſſimum tenuit do-
cumentum flagitioſe calamitatis,
audaciam. Tridentinum
vero quamuis Antitiũ nu-
mero, ſapientia, probitate an-
ti.

tiquis Conclijs par, in om-
 nia sæculorum venena, anti-
 dota fabricauerit; Reipubli-
 cæ tamen partes à morbo in-
 tegras bene firmauit, vitiatas
 vero ne attigit quidem, cum
 adeo furerent, vt deterrimam
 retinerent ægritudinis partē,
 nolle curari. Nec mirum,
 nam medicaminum plura
 cadunt incassum: Quædam
 quia impetu violenta, alia
 quia magnitudine perstre-
 pentia; Etenim illa cum fu-
 runt, irritant: ista cum so-
 nant, præparant morbos in-
 sanientes, vt aduersus regres-
 suram sanitatem, aut certa-
 men, aut defensionem ador-
 nent.

nent. Ac ita plerunque acci-
 dit, vt ob superbiam ambi-
 tionemue medentium, dum
 ſauitiam, aut pompam præ-
 ferunt, valetudo ingraueſcat.
 Quod ſi apparatus omnis,
 omnis rigor è medicina fa-
 ceſſeret, vt morbus nec ad-
 uentantis ſtrepitum præſen-
 taret, nec admiſſe luctam hor-
 reſceret; ægrotus antequam
 curari ſe ſciret, ſanum ſe eſſe
 deprenderet. Hinc primum
 Iulius III. deinde Gregorius
 XIII. rati bellum, atque
 Concilium, magna quidem
 eſſe remedia, ſed alterum ri-
 gore odioſum, alterum mole
 ſuſpectum: ad huius inſtitu-
 tio-

tionem Collegij animū ap-
pulerunt, vt id specie modi-
cum, atque inerme in Hære-
sis viscera silens ascenderet,
lene irreperet, nec vnquam
viribus suis se proderet. Non
tamen ego is sum, vt splendi-
di mendacij fulgore perstric-
tus affirmem, Collegium, &
Heresim pari bonorum, ma-
lorumue mensura hoc sæcu-
lo contendisse, vt quantum
illa pestis, tantundem hoc sa-
nitatis attulerit; gnarus ve-
nena prono impetu, remedia
mora longa valescere. Equi-
dem foret ærumnis nostris
ingens leuamen, si eadem ce-
leritate, æquo robore medi-
cinæ

cinæ prodesſent, ac ægritudines nocent. Sed ita comparatum eſt, vt cum defectus ſinguli creent malum, ſinguli & arment; iniquitas ſtatim, ac multiformi incubet damno; contra cum plenus ac integer perfectionum æceruus moliatur bonum; ferro virtus, & vna tãtum ſalute matureſcat; Nã ægrũ corpus vbi humorum vnus, alterue deliret; ſanum poſtquam cõcordia vniuerſos exæquat. Vt propterea mille morborum cauſæ, vna ſanitas; cen-
teno mortis genere moriamur, vno vitæ naſcamur.

Sed quamuis tanta teneat
par-

parsimonia laudum, affirmare tamen licet, eam esse Domus huius, aut fortunam, aut gloriam, ut si quid incrementi caperit, si quid damni in Septemtrione Religio fugerit; hinc potissimum ferat acceptum. Nam omnes fere artes, quibus Hæreses debellatur, hic posuit; Ac primum magnam Hæresum domitricem Sapientiam. Enim vero cum nec malum, nec falsum suis viribus vigeant, sua mole nitantur; etiam cum deterrimo nocendi, fallendiue munere perfunguntur, manu optima militant. Nam quemadmodum illud bonitatis

tatis specie fauit: ita hoc ve-
 ritatis larua grassatur, ac v-
 trumque ex potioribus Cœli
 beneficijs humana infortu-
 nia exprimit. Bellatrice er-
 go Sapientia opus est, quæ
 veritatem ex hostiũ castris
 abripiat, ostendatque capti-
 uam ibi fuisse, nõ transfugã.
 Ac præsertim postquam im-
 manibus delirijs, quæ Luthe-
 rus prodidit, verecundas sub-
 tilitates Calvinus apposuit;
 Cum ille insana protulerit,
 hic mitigauerit; alter, omnia
 negando, rationem exarma-
 uerit; alter, multa cõcedendo,
 prodiderit, ita tamen vt plus
 modestam fraudem, quam
 in-

inconditam audaciam extimescas. Ecquis ergo non viderit fuisse pernecessarium, eruditam ponere officinam, in qua scientiæ omnes sudarent, ac fulmina verè cœlestia primum cuderent, deinde torquerent? Nec eam alibi decuit aperiri, quam Romæ, vbi Vaticani dextera cœli armentario præsidet, & quo lectissima Europæ ingenia cōfluunt, vt propterea quidquid veritatis alibi nascitur, hic floreat; quidquid alibi falsitatis, hic exarescat. Porro quam opportunum fuit, vt Germanæ, atque Vngariæ Iuuentutis indoles, sed lectior,

C

rior,

tior, sed nobilior armaretur?
Neq. enim recipenda Germaniæ, atque Vngarię gloria, aut externis, quippe suspectis, aut Cænobitis, quia odiosis, recte seponebatur. Ea nomina Germanis inuisa, cum tanquam Pontificis seruum pecus, & Vaticani venales animas, Hæresis infamasset. Ergo disceret Germania à suis, voces suas audiret, suis auribus, suis oculis fideret: cerneret suos filios, & quando diuinæ veritatis testes non crederet, pateretur pertinacæ suæ obiurgatores. Et sane vtramque sortem subiit. Nam ex hac domo qui-
libet

libet annus omnium littèra-
rum viros tanta vbertate re-
misit in patriam , vt nos nos-
trę sterilitatis non pigeat,alie-
næ contumaciæ pudeat. Si
enim oriens, si occidens totus
prona facie Vaticano se siste-
rent, exclamarem , tãta mer-
uimus . Certè si Germaniæ
Academias interroges , hinc
Magistros ; Si templa, hinc
Concionatores: Si Aulas, hinc
Oracula , Si et Hostes, hinc
viua tela se accepisse restan-
tur . Et si famam ipsam ro-
ges, dicet, sua ora, sua sæcula
eorum sacrasse nominibus .
Cum alij typis ediderint sa-
cras Historias, alij Sacras Cõ-

C 2 cio-

ciones, plures Controuersiarum glomerata volumina, alij rigidæ, alij amænæ sapientiæ monumenta, vt nulla fuerit disciplina, quæ filios non dederit, si numeres, multos, si æstimes, magnos. Vbertatem autē doctrinarum si Roma retulimus, in Germania auximus. Hos disciplina nostra, illos æmulatio, plures, & inuidia nobis similes præstitit: Adeo vt qui nunquam viderant Romamam beneficam, fenserint. At eorū præsertim educationem litteris tradere oportuit, quos in spem Antistitū, ac Præsulum religio aleret. Etenim fremebat Hæresis

fis

sis, sacras infulas in stolidi ca-
 pita semper ascendere, stul-
 tissimos hominum Cœli O-
 racula prodere, Cœli sceptrâ
 tractare, Deum in terris age-
 gere; Et eo fragore, eo euen-
 tu iactabat, ut dum Episco-
 pos despiciatos ostenderet, re-
 belles populos faceret. Nam
 rebellionibus iter odium vr-
 get, contemptio sternit: quã-
 do quidem nullum obsequiũ
 inueneris, vbi nulla Maiestas.
 Nec dubitem religioni nullũ
 hostem occurrere infensio-
 rem, quã despici: cum enim
 Religio opinione nitatur; si
 optima fuerit, stabit; si pessi-
 ma, cadet. At inter despiciẽ-

tiæ genera id perniciosius,
quod ex ignorantia suas con-
tumelias accipit. Cætera vi-
tia aliquid superbi, aliquid
magnifici spirant, humani
saltem aliquid retinent; Hæc
ex toto vilis, & infra hominẽ
est. At si olim Hæresis in
Præfulum ignorantia præsi-
dia inuenit, iam ex Præfulũ
Sapientia excidium timet.
Et timeat hostes, quos arma-
uit, quos fecit: nisi enim ob-
iurgasset vt sibi impares, non
cerneret se ipsa maiores. Di-
gna est, vt penitus medullis
sentiatur gladios, quos dum ri-
sit, exacuit. Age iam, quis E-
piscoporum in Germania est,
quos

quos Roma hinc miserit, & plenum doctrinarum pectus non tulerit? Nemo profecto, qui eloquentia sua non tonet in templo; nemo, qui legibus suis in tribunali non fulminet: omnes ut pietatem lactent, Hæresim iugulent, suo utitur ingenio. Disiecta tandem est illa personarum monstrosa discretio; cum aliis nomine, aliis munere, biceps esset Antistes: huic decus, illi labor diuideretur; neutrum cura, neutrum amor tangeret sponsæ, cum alter nesciret suam, alter sperneret, ut alienam. Plane ex Episcopis, quibus publica fama

C 4 per

per typos spondet æternitatem, si omnes numerarem, vobis molestiam, si paucos, nobis inuidiam parerem. Cum vniuersos non possim, multos non debeam, neminẽ compello. Sed tamen tanta Germanorum præfulum sapientia facit, vt animum in spes audacissimas mittam. Equidem nescio an Cœlum ita saturauerit iras suas, vt integri sæculi pœna, quæ iã sanguinem Germaniæ ebibit, vindicatũ se vocet. Sed si cœlestẽ vltionẽ aut iustè expleuit, aut benignè condonat, audiat Europa, & lato sinu recondat; quæ ominor: Quã

pri-

primum Hæresis fin minus
vitam, Regnum certe suum
in Germania amittet. Nec
vanus furor ad fausta vatici-
nia impulit mentem. Qua-
uis in Republica necesse est,
vt ea religio regnet, quam
docti sequuntur; ea cadat,
quam adorant indocti, Nam
vulgus, & si non id agat, quod
Sanctis placet; id tamen cre-
dit, quod Sapientibus sapit.
Quippe vt credat, alienam
mentem; vt operetur, suam
libidinem consulit: fidem
externa auctoritas extorquet,
infitus genius culpas. Cum
igitur Germania in Religio-
nes multas scindatur, illa re-
gna-

gnabit, cui sapiētia militat; no-
stra igitur, cui & feruit. I nūc,
& scientias Hæresum matres
appelles. Cum pulchræ, cum
Virgines, cum & Amazones
sint, non pariunt Hæreses, sed
occidunt. Mehēmetanam
religionem spectes. An quia
nulla doctrinarum procella
concutitur, nulla aura cris-
patur, alia tranquillitate so-
pitur? Usque adeo agitatur,
vt in octoginta planè Hære-
ses laceretur, è quibus Feza-
na, ac Persica, hæc per Asiam,
illa per Africam superstitio-
nis Regnum Turcicæ inui-
dent. Enim vero cuiuslibet
ingenium, quamuis inerudi-
tum,

tum, si solers, si viuudum, si
in ausus erectum fuerit: facile
religionis arcana turbabit.

Sed si quis sine litteris pacē
aliquando substulerit, nun-
quam sine litteris referet.

Nam calor idem, qui febrim
accendit, non recoquit sani-
tatem. Atque hinc est quod
apud nos plures Hæreses na-
te, plures extincte; penes Tur-
cas quotquot pullulant, toti-
dem virent. Sed quid tan-
dem litteræ possint ipsæ hos-
tium fraudes doceant; Eas
Iulianus vetuit nobis, Mehe-
metes etiam suis. Nam ille
quidem vna cum litteris ge-
stiebat militare, timebat ad-
uer-

uersus litteras congregari, unde eas à nobis excussit, non ut imbelles; sibi retinuit, ut inuictas; quemadmodum aliquis Principum libentissimè suorum hostium regna Bombardarum ingenio spoliaret; ut suis tantum victorijs terrestria illa tonitrua, fulmina illa seruirent. Mehemetes vero, ne scientias inimicas haberet, amicas renuit, & fortasse sagacius, cum nosset litteras ex eo esse armorum genere, quæ prius amicos, deinde hostes expugnant. Quamobrem quisquis, ut libet, ferocia, ac cruenta vota aduersus Ottomanum Imperiũ
nun-

nuncupet : bella ex ipsis, clades à Persis, ruinas e Cœlo : ego vnum, & cuncta complexum imprecor, scientias: si discunt, vicimus. Nam nouo victoriæ genere, si hostis hic docetur, debellatur.

In Hæresis tamen excidium incassum Sapia supeditat arma, nisi virtus commodet manus, vt sagittas, quas illa sagaciter præbet, hæc rectius dirigat. Nam veritas telum est, quod si è scelerato pectore torqueas, antequam exeat, tūditur. Vt dolus enim non vt veritas sonat: Hinc dubiam sæpe Populorum mentem ea sententia
im-

impulit, vt religionis arcana
 tanquam politicas fraudes
 horruerint. Si enim malos
 Reges ita publica suspicio a-
 gitat, vt benè, ac prauè facta
 premat ex æquo; cū in opti-
 mis etiam legibus artes Ty-
 rannidis noter; multo magis
 ea calumnia laborabit Sacer-
 dotum fama, quorum pote-
 stas cum deriuetur è Cœlo,
 intrusa censetur, aut spuria,
 nisi præferat fronte patrium
 cœlum. Certe non facile vul-
 gus intelligit, quomodo hæc
 duo nectantur Fides, & Sce-
 lus. Nam recte credere, ac
 bene agere tam arcto cōple-
 xu se stringunt, vt dissonum

videatur, quod recte credat, qui male operatur; bene operetur, qui credit male: quasi leuis sit Fides, nisi descendat in pectus; pigra virtus, nisi in mentem insiliat. Atque id præsertim monstrosum in illis, quos Deus sacra Sacerdotij luce circumdedit, ut cæteris prælucere tanquam certa norma credendi. Hinc tuum, Iuli, tuum, Gregori, consiliū iterum exosculamur; cum domum hanc posueritis, ut non minus scientias, quam virtutes pareret. Discerēt hic futuri Præsules optima docere, optima operari. Et quidem scimus mordacem Hæ-

re-

resim, cum aduersus Romam
infrenduisset, ostentasse fac-
tis impiam, vt ostenderet do-
ctrina fallacem. Quatiebat e-
nim splendidam hastam eo
dilemmate. Si Roma docet
vera, cur non præstat? Si fal-
sa, cur docet? Videat ergo ea-
dem hic doceri, ac fieri; non
otiosam præcipere, exequi a-
ctuofam. Senserit reuerentes
Germanos alijs legibus, & a-
lijs moribus; & intelligat
quod eos Roma formarit,
dum docendis erudit, præ-
stitit facienda. Næc ignoro
Sacerdotum famam duplici
potissimum criminatione
morderi, auaritia, ac libidi-
ne.

ne . Ac prima quidem delicatas pietatis aures tam malè verberat , vt teneros alioqui animos in sæuissima vota cōpulerit . Etenim Religioni antiqua tempora , ac fata suspirant : iterum ad specus , iterum ad cruces , ad Nerones iterum libentissimè mitterent . Infælicem cuperent , vt cernerēt sanctam . Ac eo pius furor abripuit , vt si possent , e Pontificis manu sceptrā Itala extorquerent ; Episcopis oppida , quibus imperant ; Sacerdotibus prædia , ex quibus viuunt ; auferrent : ipsa sacra ad fictiles calices , Deum ipsum ad simulacra lignea abijcerent .

D

rent.

rent. Vociferantur enim: pe-
 reat noua fortuna, dum pris-
 ca virtus exurgat. Non Re-
 gnum, non exercitum, non
 ærarium habeat: amet men-
 dicitatem, amet seruitutem,
 dum earum beneficio inno-
 cēs sit. Quibus vocibus, quas
 improuida pietas iacit: mirè
 consonat Hæresis fraudulen-
 tia: Plus Ecclesiæ nocuisse
 auream Cōstantini manum,
 quam Neronis ferream: Petri
 nauim, quia aurata puppi, ar-
 genteo rostro, sericis velis na-
 uiget, inter vitiorum vorti-
 ces quotidie quati: si conto
 vndas pelleret, si lino auras
 legeret, procellæ & ipsæ vir-
 tu-

tutis lictori fisterent. Venirēt
Princeps, accederent popu-
li, sua repeterent. Quid infu-
lata vitia occuparent floren-
tissimas Germaniæ partes?
Vindicarent Prouincias, quæ
nec Principes habent, nec li-
bertatē. Videmus, quo frau-
des se diriganr: Religionem
enim vilem volunt, vt con-
temnant; inermem, vt truci-
dent; inopem, vt deseratur.
At huius institutionē Colle-
gij piam imprudentiam, & fa-
crilegam sagacitatem satis e-
lusimus. Artem enim inue-
nimus, quæ Germanæ Eccle-
siæ fortunam nouam nō tol-
leret, & priscam Sanctimoniã

D 2 red-

redderet. Habeat opes ingentes in virtutum præmia, non, in fomenta vitiorum. Quos enim destinauimus aris, ita hic componere animum discunt, vt prius cupiditates internecent, quã habeant quid concupiscant. Si prædia, si oppida, si Prouinciæ, ex Sacerdotij munere ad eos descenderint, inueniẽt finus, qui rerũ desideria extinxerint, vsũ nouerint. Quid enim fatis tibi factum, Calumnia, prædicabis, si ostendero neminem ex Germanis, tam Sacerdotibus, quam Episcopis, quibus huius domus educatio contingit, sordido animo, aut rapaci

ci

ci manu stetit; sui parcos,
 alieni non appetentes? Si tibi
 id satis ad causam, nobis parū
 ad victoriam. Si non profere-
 ram grandē numerum Præ-
 fulum, qui opulentos reddi-
 tus in pauperes sparserint, qui
 Tempia immania excitarint,
 qui religiosis Familijs ampla
 Cænobia, qui Monialibus
 multa Claustra, qui Acade-
 mias, qui Seminaria, qui No-
 focomia extruxerint; vt aua-
 ritix, vt rapinæ reos incusa-
 bo. Utinam liceret circuire
 Germaniam: vbique occur-
 rerent, vbique oculis se in-
 gererent, plusquam centum
 liberalissimæ pietatis monu-

D 3 men-

mentā, ac prope miracula. Et
ne omnes mittā, nuper Augu-
stianus Episcopus Dilinganā
Vniuersitatem auxit, Osna-
burgensē Academiā Osna-
burgensem excitauit. Et nūc
in sinu Vngariæ nascitur ma-
xima domus nostræ huic, &
legibus, & habitu similis, hu-
ius planè filia, nisi Patrem ha-
beret Georgium Lippai, olim
Alumnus nostrum, nunc
Strigoniensem Antistitem.
Sed iam liceat & ipsam Hæ-
resim aduocare, vel vt nostra
testetur, vel vt sua erubescat.
Referat illa, quoties, vt Epif-
coporum erectos animos in
sua desideria fle cteret, pater-
na

na bona fustulerit : pauper-
tatem inuexerit, vt male sua.
da fame scelus induceret. Sed
geminavit palmam, cū ma-
gnæ illæ animæ flagitiū ab-
nuerint, egestatē admiserint.

Si vero ad alteram accusa-
tionis partem transeas; scio
quidem præterito sæculo eo
prorupisse Sacerdotum licē-
tiam, vt Tridentinum anceps
steterit, maritales ne tædas
concederet Sacerdotibus, &
sineret in aras ascendere My-
stas vxorios. Cum enim fere
desperasset intemperiem ma-
li sistere, animus fuit virtutē
deserere, vt vitium perderet :
& ne longiùs serperet libi-

D 4 dinis

dinis dedecus, gloriam Latini
 Cœlibatus excindere. At
 in huius virtutis decora quo-
 modo incubuerit nostra pro-
 genes, nec dicere scio, nec
 audeo. Referam tamen plu-
 rimos illustrium Præfulum,
 & id temporis tolerare con-
 tinuata ieiunia, cruentare fer-
 rea flagra, induere fetosa cili-
 cia, super nudis asseribus la-
 tus ponere. Vos reputate, an
 libido tam male habitet, tam
 aspere viuat, tam dure dor-
 miat! Erigat impudentes o-
 culos Hæresis, videatq. huc
 exprobrata cœnarū ingenia,
 huc vestium luxum, huc lec-
 torum mollitiem recidisse.

Os

O si orationis carceres sine-
rent, quam glorię scenam pã-
derem! Ostenderem alios pro
Religione in exilium actos,
alios in carcerem trufos: Hos
verberibus liuidos, illos vul-
neribus cruentatos; aperirẽ
fanẽ lactentis Ecclesię pur-
pureum sæculum; quippe re-
censerem etiam Mårtires nõ
quidem plures, nec tamen
paucos, plurimos certẽ, nisi
Hæresis victorias inuidisset:
Agminatim enim in Saxo-
niam, in Daniam, in Sueciã
irrupimus: Eorum gladios
nostro pectore laceffuimus.
At sæuas manus tantæ virtu-
tis stupor inhibuit. Demum
si adhuc

si adhuc Calumnia nobis nō
parcit, sciat feras mortis fu-
rias parcere. Plura enim no-
strorū cadauera arcano bal-
samo incorruptio seruat, Pie-
tas colit. Eos calumnia mo-
deat, quos vermes non mo-
morderint, cœlites fouerint;

Verum Religio, quæ totam
Cœlo se vouet, etiam in bene-
ficia terrarum incumbit: ac-
tuosa in Deum, nec mortaliū
negligens est. vtraque enim
immiscet: terras Cœlo, Cælū
terris tuetur. At quid mirū,
si quodcunque Deus hic præ-
cipit, à nobis exigat, vt nobis
prosit? Et cum obsequimur,
& cum adoramus in nos be-
ne-

neficium vergit, Deum non
tangit. Quin ipsum amorem
sui, quem imperat nobis, pro
nobis amat: Adeo ut & quādo
nos Deum amamus, nosmet-
ipsum amemus. Attamen cur-
uæ quædam animæ Religio-
nis artes tam aduersas Impe-
rij artibus horrent, ut inter
arcana regnorum, primum
putent, Religionem dissimu-
lare; secundum, spernere, vlti-
mum, frangere. Etenim of-
tentant Episcopos, ut infidio-
sa cacumina, quæ in Domi-
nantium capita fulmina mo-
liantur, ruinas vrgeant. Quip-
pe, aiunt, in cuiuslibet sinu
Reipublicæ eos attollere Ré-
pu-

publicam a liam, Dominatio-
ni nūquam fidam, & concor-
diæ semper infensam, ita vt
nec Principes regere, nec Po-
pulos regi permittant. At cre-
dat orbis terrarum, Anti-
stites, & cœtera culmina sa-
cri cœtus à Deo erecta, vt Re-
gnorum clades arceant, con-
sulant foelicitati. Nam Respu-
blicæ quidem veteres, vt sedi-
tiones, & bella internecarēt,
vt ambitionem, vt adulteria,
vt rapinas plecterent; leges
sapiantissimas posuere; at nul-
la docebat, quomodo hono-
ris, auri, venerisque cupidita-
tes perdomarentur; ideo saepe
accidit, vt antiquæ Respubli-

cæ

cæ licet optimis legibus fultæ in pessima ruerent. Non enim lex virtutem facit, sed monstrat: quænam sit dicit; vbi, & qua via inueneris, nunquam dicit. Nobis tamen nõ ita male consuluit Deus; cum nostra Religio per Præsules, administratoſq. suos, eo potissimum tendat, vt singula cupiditatum genera perdomet, omnes Principatum furias necet. Episcoporum itaque manus non quassant sceptræ, sed firmant: Licet, per eos, Principibus regere, licet Populis regi. Duo tantum impediunt, duo frangunt, in illis, Tyrannidem; in his, rebellionem.

netm. Quis ergo neget, & in hunc finē opportunū fuisse Reipublicę, designare locum, vbi magnę mentes ad infularum onera pararentur, vt hic domarent priuatas cupiditates, alibi publicas? Certē Gręcorum Ecclesia etiam cum regnatricis esset, cum opulenta, Cęnobarum sola nomina vocauit ad infulas. Equidē haud clausuram tam breui confinio generis humani virtutes. Vbi que nascantur, vndique accurrant: ita tamen vt singuli afferāt suam quidem conditionē, animū vero Cęnobarum. Atque vtinam omnes eos referre hic possem, qui-

quibus hæc Domus domitorum publicarum pestium genium dedit? Profecto cum Boemia tumesceret, Ungaria fureret, plures Germaniæ Prouinciæ insanirent, nostrorum Antistitum decus fuit, nascentes seditiones elidere, natas iugulare.

At si, ut Sacrorum hominum Ordo rectè, casteque educetur quælibet Natio poscit, Germania flagitat. Hic enim, ex prisco gentis more, in Principum Ecclesiarum munera, nempe Canonatus, & si quo alio nomine notantur, nunquam plebeia nomina sese inferunt: Nemo aditum inuenit, nisi Auorum multa.

multæ imagines, & longa
stemmata faciant viam. Quo
instituto, & Religionis ma-
iestas, & Pax Reipublicæ ni-
titur. Maiestas quidem,
cum omnia, qua tractantur
manu, premantur, aut sur-
gant. An non ideo olim mu-
sica nobilis, pictura nobilior,
& nunc ipsa aratra splendescerent,
si iterum trabeatis ma-
nibus stringerentur? Ideo om-
nibus fere nationibus cōsue-
tudo, Sacerdotes ex lecto, ve-
rustoq. sanguine legere. Non-
ne apud Gallos, Druides; apud
Romanos, Flamines nobilif-
mi, & maximi Pōtificis decus
ipsum supra diadema Cæsa-
ris

ris assurrexit? Etiam Turcæ,
quibus adeo inuisa nobilitas,
si exercitus nouo homini
tradunt, aras non nisi Mystæ
ex antiqua Thracum profa-
pia fidunt. Tu solum noua,
Protestantium, atque Anaba-
pistarum religio sacra mini-
steria infra artificum fordes
deprimis: quia Principem,
non Numen colis, nouum
adulationis genus inuenif-
ti; Deum Principi subdere,
Ac magnum quoque Reipu-
blicæ arcanum, nobilium
Familiarum secundò genitos
ad infulas destinari. Nam
eos duæ potissimum furia a-
gitant, ambitio, & paupertas.

E

Quas

Quas cum indignè à se tole-
 rari, putent, sapissimè in re-
 belliones irruunt; vt per per-
 strepens, & rapax scelus famã
 captent, aut opes parent. Sed
 Religio vtrique huic Eryn-
 nidi sapienter occurrit: tan-
 tum dignitatis ingerit, vt
 ambitionem fatiet; tantum
 commodi, vt vtinam pauper-
 tatis in locum luxus non im-
 migraret! Quantum igitur,
 religio, quantum Germania
 huic Collegio debet? Huc è-
 nim clarus vastissimè Natio-
 nis sanguis tam pleno alueo
 fluxit, vt nulla fortasse sit
 magni nominis profapia, quæ
 sua decora non immiserit, vt
 am-

amplificata reciperet. Numeres Dynastarū titulos; Comitatum nomina appelles, designabimus eodem honoris vocabulo Alumnos plures. Et si Austriacam Regnatricem demas, ex supremis Germaniæ familijs duæ in Vaticana religione permanferant, Bauara, ac Badensis. Vtraque domum hanc suo nomine honestauit. Nam prima Franciscum dedit, quem nunc Osnaburgensem Antistitem veneramus; Altera olim Ioannem Carolum, nuper Bernardum Gulielmum. Ergo res ita diuisa est, vt ad Sacerdotij

E

2

cul-

culmina Germania nobiles
 legat, Roma faciat nobilio-
 res; Illinc Auorum Sanguini-
 nem habeant, hic & virtu-
 tes. Quamobrem Maioribus
 Nepotes suos reddamus: opti-
 mis, optimos. Properent ad
 sacros honores: at sciant ab
 Atauis se habere, vt vt pos-
 sint adire; a nobis, vt mereā-
 tur. Ab stirpe enim minimū
 referunt, Nomen, Fortunam.
 Hinc bonam mentem, ma-
 gnum animum, virtutes,
 scientias.

Iam vero iuuentutis sacros
 ad honores assurgentis edu-
 catio vltioribus causis Ger-
 maniae necessaria. Hic enim
 ex no-

69
46
ex nobilium pube, Canonici;
ex Canonicorum flore legū-
tur Episcopi. Per priuatas
manus vniuersa fors currit,
cum ijdem eligant, ijdem
eligantur: ideoque quales e-
ligētes, tales electi, eo rerum
omnium genio, vt semper si-
bi per quam simile generēt.
Omni ergo ope eniti oportebat,
vt seges suppeteret ho-
minum, qui digni eligi, digni
eligere forent; ac Sacram for-
tunam mitteret magna pru-
dentia, capacior virtus re-
ciperet. Scio quidem effatū
esse, multitudinē male agere,
bene iudicare: At non hic,
vbi ipsum iudicare, agere,
E 3 est.

est. Quisquis enim hic iudicat, vel aduersus suam cupiditatem, vel pro sua spe iudicat, vt proinde non solum agat, sed pugnet. Certè ab antiquis accepimus, quælibet comitia furenti, æstuantique cupiditatum pelago comparari: Sed Sacra præsertim, cū iisdem cupidinibus agitetur, non iisdem respectibus conquiescāt. Quisquis hic eligit, vt in Principatu Sacro, id est diuite, & incruento; cum multum speret, parum timeat; tantum audet, quantū potest. Et cur in pluribus Europæ Prouincijs, sæculorum experiētia è Cleri manu suffragia

fragia infularum excuffit; &
 & alibi Regum, alibi Pontifi-
 cis arbitrio tradidit, nisi quia
 præstabat, vnius volūtatī ser-
 uire, quam centum? Itaque
 si per nos Germania Canoni-
 cis non scateret, quos Eccle-
 siæ honos, ac Pontificis reue-
 rentia tangeret, quam fædas,
 quam vanales Episcopatuū
 vrnas ambitio agitarēt? Agi-
 taret inquam? Certe non se-
 mel exurrexissent Antistites,
 quos ita Protestantium Prin-
 cipum armata promissa sol-
 licitassent, ita familiæ blādus
 amor corrupisset; vt Episco-
 patus in hæreditariū princi-
 patū sæpè vertissent. Etenim

E 4 sce-

74
 scelera, quæ dominationis
 blanditiæ fascinant, tam pro-
 no furore se se proijciunt, vt
 nemo contineat, nisi aut sū-
 ma virtus, aut magnus me-
 tus. Nam ceteræ bonæ men-
 tis causæ pudor, ac fama hu-
 iusmodi flagitia ita excusant,
 vt palpent, vt erigant: Latro-
 cinia enim, si magna fuerint,
 victoriæ appellantur. Et in-
 quænam, Deus immortalis,
 tempora, in quænam incita-
 menta Germanorum Præsu-
 lum ambitio incidit? quam
 obuia, quam parata vni sce-
 leri scelera? Septentrionem
 totum violenta discordia,
 Principes inuیدا rabies, po-
 pu-

pulos pertinax furor inuaserat. Bella ciuilia, externa, mixta surrexerant. Fugati Cæsares, vastatæ Prouinciæ, Vrbes deletæ, disiecta templa, omnia aut Hæresis, aut Martis arbitrio. Quam facile in hęc irrepisset ambitio, vt dum Protestantium minis cedere videretur; suis votis faceret satis? Certè ambitio cupiditatum vaserrima, atque ingeniosissima est. Nam sæpe suorum ausuum insana molimina metu vel mortis, vel infamiæ honestat; & si pericula vera non ingruant, fingit, sibi que tanquam occurrentia admouet, vt dum ficta

di.

discrimina fugit, in veros honores infiliat. Ergo si ea tempestate Episcopi sacras ditio- nes in familiæ hæreditatem vertere optassent, nonne spes scelestissimas nostræ clades excusassent, hostium victoriæ erexissent? Parcas Germania, si cicatrices recēter obligatas, & vix obductas inclementi manu rescindo. Tu quidem, quæ si armis, consilijsque in vnum coalesceres, aut mundum, Germaniam faceres; aut Germaniam, Mundum: Tu, inquam, quæ concors de omnibus triumphares, discors à pluribus vinceris. In te enim Turca,
Tran,

Transylvanus, Moschus rabi-
 dam sanguinis famem exple-
 uit. Ex tuo Suecia gloria, at-
 que auri sitim extinxit ne,
 an accendit? Sed iactet licet
 victorias Suecia, & quæcum-
 que hostilium nationum
 est, eas ex tuo consilio, ex
 tuo milite habet: te tuis ma-
 nibus vicit. Intelligas ta-
 men, quod quantum calami-
 tatis ex prophanorum Prin-
 cipum vāsana discordia pas-
 sa es; tantum fortunæ ex fida
 coeuntium Antistitum tu-
 tela susceperis: Vt illi te pro-
 pe perdidderint, hi seruarint.
 Si non omnibus seruis, Epif-
 copis debes, si aliquibus ser-

uis

uis, Protestantes obiurges.
 Quoties Antistitum animos
 vidimus partibus non semel
 fractis stātes, & publicas inter
 ruinas erectos: cæterorum
 furorem suo milite, suo au-
 ro, exilio, morte redimere?
 Hæc autem beneficia, hanc
 longam fortis seriem cui tã-
 dem nisi huic Collegio Ger-
 mania, atque Vngaria re-
 ferent? Nulla enim est in
 tam vastis Prouincijs Diœce-
 sis, quæ hinc, aut Antistitem,
 aut Suffraganeum, id est, aut
 summam auctoritatem, aut
 optimum consilium non re-
 ceperit. Hinc enim Electores
 Moguntini tres, duo Salisbur-
 genes

genfes Antiftites, Strigo-
nienfes duo, non vnus Bafi-
leenfis, multi Brixinenfis,
multi Vratislauienfes, Plu-
res Olomucenfes, inter quos
Melchior Cardinalis Dietre-
ftein magnus purpura, ma-
ior probitate; Non pauci Suf-
fraganei Herbipolenfes, Tre-
uirenfes, Coloniennes, ea-
tandem copia, vt negligenti
càlculo fupra centum infu-
las muneremus. Et nunc no-
ftrum fèculum ornant, Pra-
genfis Antiftes Cardinalis
ab Harrach, Antiftes Strigo-
nienfis, Curiennis, Eyfta-
dienfis, Osnabrugenis, Min-
denfis, Verdennis, Ratis-
bo:

bonensis, Brixinensis, Lau-
 uantinus, Viennensis, La-
 bacensis, Constantiensis, Ba-
 sileensis, Chiemensis, Gurcen-
 sis, Vespriensis, Quin-
 queecclesiensis, Nitriensis,
 Agriensis, Segniensis. In Bel-
 gio etiam Brugensis, Ruræ-
 mundanus. Ex infulatis autē
 Abbatibus, atq; Imperij Prin-
 cipibus Faldensis, Campidu-
 nensis; Et maiorum Præsu-
 lum suffraganei Argentinē-
 sis, Passaviensis, Constantien-
 sis Brixinensis Vratislaviē-
 sis. Quis vero numeret Præ-
 positos infulatos, Decanos, &
 Minores Præsules, quibus to-
 ta Germania scatet? Tantam
 bo.

bonorum segetem hoc solū
tulit, vt in comitijs, quæ Ro-
dulphum Secundum renun-
ciarunt Cæsarem ; quadra-
ginta adfuerint suffragij iu-
re spectabiles, quos omnes
Collegij Germanici Alum-
nos fuisse dulcis, & honesta
memoria subiit . Nec Ger-
mania tantum, verum & Ita-
lia nostram gloriam manu
plenissima cumulat. Cum
enim prima sui ætate Colle-
gium Germanicum Italiam
quoque Iuuentutem capaci
sinu complecteretur; publico
bono peperit Alexandrum
Ludouisium, quem Terrarū
Orbis Gregorij XV. nomine
bre-

breui adorauit, diu dilexit: Simul Michaellem Bonellum, Cynthium Aldobrandinum Pontificios Nepotes; Ludouicum de Torres, Carolum de Comitibus, aliosque famæ Principes vberi copia extulit. Et nuper cum Italo sanguini obfirmatâ iampridem repagula indulgentia rescidisset; continuo accepit hinc Purpuratû Vaticanus Senatus, Camerae Magistratus Præsidentem; ac Rotæ Tribunal, nostro è semine Auditorê. Quorum si tegimus nomina, modestiæ parcimus, non gloriæ inuidemus. Tu vero Romani Seminarij Domus inclytata

ta, cum finum tuum honorum decora vniuersa circumfluant; agnoscas semel tanti fluminis caput. Scis enim, vt tuæ dignitatis culmen erexit Italicę Nobilitatis accessio, quã nostro è gremio aut emisimus, aut euulsimus. Nã Gregorius XIII. cum Germanam, atque Vngaricam Adolescentiam suis finibus clauderet; Italicę indolis flores è nostro solo tuos in hortos transtulit. Quamobrem si magna pacis, ac belli nomina quotidie paris, si tanta strue purpurarum excelsa conspiceris, memineris, ea nostræ hæreditatis, vel iactu-

F ram

ram fuisse, vel donum

Duo autē, & insperata Cœ-
li beneficia seculo hoc nostro
Orbis terrarum totus, ne-
dum Italia, nedum Germa-
nia accepit; quorum alterum
est, quod Cœsar's diadema
in Hæreticum crinem nun-
quam ascenderit; alterum,
quod calamitosissimo tem-
pore in Ferdinandi I. erecta
fronte confederit. In fremis
Germaniæ rebellio, & caput
quassas? At si Cœlitum do-
na intelligere renuis, habeas
tamen: Miseram te, si vota
furoris tui fata crudelia se-
cundassent! Nam, rogo, si
Romani decus Imperij caput

im-

impium coronasset; quis tūc
Hæresis tumescens spiri-
tus, quis desideria insana fre-
gisset? Scelus, si vires parat, si
honores affectat; eo tantum
tendit, vt noceat: Non cres-
cit vt sistat; nec enim habet
terminum, aut etatem: Cres-
cit vt sæuiat, quippe in id na-
scitur, in id vivit, in id & li-
bentissimè moritur. Equidē
plurimo horrore concutior,
cum Germaniæ capiti mala
olim impendentia tacitâ cu-
tâ reuoluo. At dum ea ani-
mus tantum pauet vel infe-
cta; quantum vt facta formi-
daret? Certè nunc horrescit,
tunc deficeret. Intueor enim

calamitatum congeriem infinitam: Episcopos aut fuga exules, aut carcere squallidos, aut gladio truncos: Centum sectas exurgere, & proicte Religionis cādaueri pede superbissimo insultare: Iam ex oculis discedere templa, aras fugere, sacra vanescere, omnia cædere in Hæresis prædam, in Religionis supplicium. Vos, vos ipsas, Sacrosanctæ Imperij leges, quis scelesto ab impetu vindicasset? Scilicet vt à Pontifice Romano profectas odium, iniuria, infamis obliuio incessisset. At Italia, Gallia, atque Hispania Vaticano, vt
de.

debet, obsequiosę statim Germaniæ nõ modo, potestatem sed etiam nomen Imperatorium pernegassent, tanquam merito tanto è culmine devolutæ. Itaque duo, Hæretico Cæsare, Germania nacta esset; Nullam Religionem, nullum Imperium. Verum si rebellio adhuc miffitās, & contumax perstas, redde Germaniæ Hæreticum, non iam Cæsarem, sed militem; redde Gustauū, redde clades Vrbiū; Populorum internecciones, Patriæ seruitutem, & tunc si voles, infigas Hæretico capiti diadema Cæsareū. Quando ita Hæresis pro te militat, po-

F 3 tes

res agnoscere, quomodo Tibi imperasset. Ex moderatone stipendij mansuetudinem Regni metire. Si tanto sanguine candidatus ad Imperium properabat, quanta clade sedisset Cœsar! At si Cœlitum ultio saltem fuisset, ut Imperij dignitas ex Austriaca Ferdinandi I I. fronte decuteretur, alia nec minor malorum series impendebat. Video in me eorum dentes infrendere, quibus integro iam sæculo vna cura, vnicus labor fuit è culmine Imperij Austriacos trudere. Sinant hi Germaniam sua vti mente, sua frui libertate. Nam si Austria-

Austriacorum detractaret Imperium, non faceret Cæsares: Si Cæsarum pæniteret, non rediret ad Austriacos. Dum semper eligit, aliquando dolet, ea causa est, quia, cum eligit omnium prudentiam aduocat in cōsiliū, cum queritur, paucorum inuidiā. Ergo Augustissimæ Domui semper inuidebunt, & semper obsequentur. Nam si eius immensa potentia facit, vt plures timeant domitricem; moderatio, causa est, vt omnes ament dominantē. Certè Huius familiæ exemplo ostē- sū est, quanta mereatur virtus in magna fortuna, quāta possit

possit fortuna in magna virtute . Verum vtrumque hoc beneficium , scilicet , quod Cæsareum diadema nec in Hæreticum crinem ascenderit , nec ab Austriaca fronte discesserit ; si cui debet Germania , si cui debet Orbis terrarum , huic Collegio debet ; cum sæpè Electores Alumni , ac tu præsertim Ioannes Suicarde Moguntine Elector tantæ rei auctor extiteris . Matthias Cæsar è viuis excesserat , qui Hæredi suo Ferdinando non Imperium , ad quod per nulla comititia destinauerat ; sed longas calamitates , inusitato Fortunæ

Au-

Austriacæ testamento, lega-
uerat. Etenim Hæreditariæ
Prouinciæ, aut Hæresi plene,
aut rebellionibus turgidæ.
Boëmia penè amissa, turbata
Silesia, nutans Morauia, ipsa-
met Austria animis incerta
pendebat. Principes vero &
extra & intra Germaniã vete-
ri metu, continuato odio, ac
recēti ambitione in Austria-
cæ Domus excidiũ propera-
bant. Et eo iam adducta res
erat, vt corona rectà perge-
ret in Hæreticum; & si ad
Catholicum, vel ad exterum
Germaniæ probro, vel ad mi-
norē, Germaniæ damno. At
Ioannes Suicardus Mogunti-
nus

nus Elector à Deipara, (sic ferunt) admonitus, vt auctore Cœlo opus aggredere-
tur, Francofurti comitia indicit.
Hic vero Principum intima
odoratus; animos aliquorum
palpat, aliquorum frangit,
omnium vincit. Illi inuidia,
ne minori se cederent; hi me-
tu, ne longe maiori seruiret:
Nonnulli, ambitione sua,
prodit, ne erigerent Æmu-
lum: aliqui aut Patriæ, aut
Religionis studio, ne ad ex-
terum, ne ad Hostem, ne ad
Hæreticum dignitas immi-
graret; ita Cœli manu for-
mati, vt quem antea nemo
vellet, omnes cuperent Fer-
di-

dinandum, ac Cœsarem fati-
 tarent. Iam vt tantum bene-
 ficium Germania æstimet,
 sua pericula numeret, & bo-
 num vnum infinita malo-
 rum strue perpendat. Si Pa-
 latina rebellio Boemicū dia-
 dema non gestat, si Suecicus
 furor Europe Regna non de-
 uorat, si Hungaria tota, si Si-
 lesia, si Moravia Turcæ, Trā-
 syluano, Moscho non seruiūt;
 si omnium Hæresum furie
 Septentrionis viscera non
 discerpunt; Ferdinandi quæ
 virtus, quæ pietas fecit. Dum
 vel ille pro Cœlo fortiter mi-
 litat, vel Cœlum pro illo
 prodigiosius præliatur; scelus

pu-

puniit, rabiem extinxit, barbariem depulit, Tartarum domuit. At si in Ferdinando stupuit Orbis terrarum alterum Constantinum; Suicardi opus est: Suicardus autem Collegij huius, aut opus, aut gloria.

Quod si nullam hinc Religio utilitatem, nullum Germania commodum expressisset; ipsa Vaticanæ liberalitatis ostentatio, tãti erat. Nam Principes multa impendunt, multa proijciunt, ac sepiissime nec voluptati, nec lucro, sed pompæ. Quid enim ferarum immanes caueæ? Quid hortorum longa iugera?
 Quid

Quid immensa siluæ Platanorum, quarum ipsa sterilitas, fructus est; & quas Princeps aut nunquam possideri à se nouit, aut nunquam videndo possedit? Iam tot feruorum coaceruata agmina, & aulicus Populus, ex quo plures nec dominum agnoscunt, nec à Domino agnoscuntur? Omnia quidem ista non iuuant Principem, sed Principatum. Ideoq. utilissima, quia inutilia: ijs enim maiestas Imperij, & reuerentia Populi emitur. Et sane bona in nos collata tanti aestimet Orbis terrarum, quanti honos, & dignitas Vaticani.

Nam

Nam Hæreticorum procax,
& garrula Natio personabat:
Romam in exterarum Gen-
tium spolia rapaces manus
extendere: Eam splendido
indulgentiarū vocabulo tur-
pissimum vectigal exigere,
& Pietatis specie nefanda la-
trocinia conuectare. His Pō-
tificum tyrannidem stare,
his luxum purpuræ ali, & au-
lę vitia vniuersa pinguescere.
Ideo si contineret Germania
opes suas; sua è manu pen-
dere scelestissimæ Urbis aut
squallorem, aut innocētiam;
quippe deinceps vel fordide
peccaturam, vt in vili; vel nū-
quam, vt in nulla culpæ ma-
te-

teria. Sed per libertatem in-
 nos profusam, Vaticano di-
 cere, atque iactare fas est; Ac-
 cedat Germania, & quidquid
 perditarum, rebellantiumq.
 Gentium est: deinceps non
 afferant, referant potius re-
 trorsum tributa sua. Quid
 quid olim iuste dederunt,
 nunc sponte refundimus. Ac-
 cipiant fecunda Insubriae,
 pingua Latij, culta Umbriae:
 abscedentium Prouinciarum
 iuventutem ex nostro alat I-
 talia. Intelligat tamen cum
 Germania Septemprio to-
 tus: Romam, fidem Nationum
 velle, non aurum: non sine
 Vaticano tributariae, quippe
 non

non indiget, sed adorent, cum
debeant. Neque ò Roma, de-
decus vnum tuo vultui affic-
tum tuæ liberalitatis manus
absterfit. Scis enim, scis ipsa
qualem te longinquis Natio-
nibus hæreticorum menda-
cia pinxerint: quæ maledicta,
quæ probra congesserint. Te
Babylonem esse, te Hydram,
te Apocalypsis meretricem.
Hic iniquitatis Patriam, hic
Regiam: Cælum pluerè,
terram fundere, aërem spira-
re libidines: in te omnia vi-
tiorum monstra aut nasci,
aut recipi, & facundo ne-
quitia ingenio perfici. Quo-
modo tantæ cladi, quam lin-
gua.

guarum gladius vñdiq. ede-
 bat, obuiã issset Vaticana pru-
 dentia? Nõne necesse erat, vt
 vel Roma se se in Germaniã
 asportaret, vel Germania ad-
 ueniret Romam: inuicem
 cernerentur, altera se se of-
 tenderet, altera iudicaret? Er-
 go in hũc finem hæc Domus
 erecta est. Accersita iuuen-
 tus, quæ Germaniam huc
 portet, vt Romam exploret;
 & Romam hinc referat, vt
 Germania approbet. Vicissim
 se agnoscant, vicissim se a-
 ment, & omnes vmbas, quæ
 vt è longinquo productissi-
 mæ cadunt, mutuũ spectaculum
 dissipet: Sed inte-

sup

G

rim

rim licebit propulsare mendacia, ac dicere: Romanam Aulam vitia sua non abdere, hostium cenfuram non subterfugere: tanta virtutis confidentia niti, vt admittat. Admittat inquam? Vt laceffat. Laceffat vero? Vt alat vitæ suæ testes æternos. Oculi igitur, quos prouocauimus, Romã suspiciosissimè iustrent, & videant, non eam esse loco tam perduto, tam deplorato: Si quæ paucorum crimina, vitia hominum esse, non Romæ. Cæterum redeant olim ad Patriam, prædicent quanta pietatis, quanta prudentiæ opera, quæ virtutis, quæ

que litterarum miracula
 scateant Romæ. Nec refor-
 midamus, si referent Aulæ
 Maiestatem, pompas, census:
 Sciant Romæ quidem am-
 pliorem culpæ materiam, ali-
 bi plura flagitia. Quid quod
 per hanc liberalitatem non à
 vitæ tantum scelere, sed & à
 peruerfitate mentis Vaticani
 Regia absoluitur. Inualuerat
 enim præsertim apud Ger-
 manos, Romanam aulam im-
 prouida manu spargere sa-
 cerdotia; cum aliquando am-
 pliffimæ Dignitates in im-
 pia, non raro in hæretica no-
 mina incidissent. Quod si a-
 liquando accidit, ea fuit cau-

sa, quod Germania Alpibus,
bellis, & suspicionibus dissi-
ta nec agnoscebatur, nec a-
gnoscebat. Verum hoc Col-
legium Vaticani oculis Ger-
maniam totam admouit, ef-
fecitque ut, quod maximum
est in Principatu, nouerit
suos. Iam sacerdotia non ve-
stigant virtutes, occurrant
virtutibus, quas Roma facit,
Roma remuneratur. Eius
dextera muneribus plena,
non errat, vadit, cum prius oc-
currant merita, quæ pōderat;
præmia deinde, quæ donet.
Iam vero tanti beneficij,
quod vno nomine infinita
complectitur, tibi primum
ha.

habemus, tibi reddimus gratias, Iuli. Tu familiae huic spiritum, tu vitam inseruisti: Tu, Parens optime, mente capacissima generasti. Ex te primum lac, ex tuo prima alimenta infans suscepit. Ac quamuis saeculi tui publica egestas coegerit, ut eam nulla dote, nullo patrimonio auram abscedens reliqueris; non ideo tamen dubitare visus es, ne aut tanquam degenerem abdicares, aut tanquam abortiuam proijceres. Auguraberis enim tantae indolis pupillo, nec magnum patrem defuturum, nec amplum patrimonium. Et sane non defui-

G 3 sti

sti tu, Gregori, quamobrem
 tibi potissimum omnes gra-
 tias cumulamus. Per te enim
 Familia nostra nec sordida
 iacet, nec errat extorris, nec
 famelica moritur: votis frui-
 tur ad indiuiam vsque foeli-
 cibus. Ex tua manu patrimo-
 nia plura, nō vnam domum,
 etiam delicias villarum acce-
 pit. Si habet sanctissimas le-
 ges, quibus iustè regitur; si
 ampla templa, in quibus re-
 ligiosè operatur; si opulenta
 prædia, ex quibus splendide
 viuit; vnius tuę manus mu-
 nera multiformia sunt. Par-
 cat igitur Iulius, si te potissi-
 mum vt Parentem colimus,

vt

vt Parentem amamus. Nam
 ingens quidem beneficium,
 fuit accepisse à Iulio vitam,
 ingentius à te patrimonium;
 Siquidem facile inueneris,
 qui natos suos pascat, agrè,
 qui alienos; cum pignora
 nostra ex naturæ genio fo-
 ueamus, aliena ex virtutis
 instinctu. Parentes sæpe non
 tam filijs, quam sibi faciunt
 beneficium: suæ gloriæ, suæ
 spei, suis visceribus donant.
 At qui alienos honores alit ex
 suo, is nõ sibi, sed alteri bene-
 ficus est. Attamen ambo tan-
 to in Rempublicam benefi-
 cio è Cælo fruimini, & inui-
 cem, amicissimè tamen, con-

G 4 ten.

tendite, pulcrius ne fuerit cā-
 ræ Domus fundamenta in so-
 lo ponere, an Cœlo æquare
 fastigia. Diuiserūt certè mè-
 rita grande beneficium, duo-
 rumque nomina aduocarunt
 in titulos tantos; Cum Iulius
 Gregorio præripiat, ne fuerit
 primus; concedat Iulio Gre-
 gorius, ne frustra fuerit pri-
 mus. At gratus animus non
 substinet Ignatium præteriri.
 Nam hic ille est, qui Iulio
 idæam tradidit, vt aliquando
 nasceremur; hic Gregorianæ
 liberalitati seruauit, vt diu vi-
 ueremus. Frustra erat alte-
 rius prudentia, frustra alte-
 rius liberalitas, si non mon-
 straf-

strasset Ignatius, quod ille ap-
probaret; non seruasset, cui
iste succurreret. Aut nunquã
vitam accepissemus, aut sta-
tim mortem. Itaque per eum
cæpimus esse filij Vaticani,
per eum desijmus esse pu-
pilli. Enim vero ea tempora
post Iulium inciderunt, vt
bellum, pestis, & fames etiam
in Romanam Urbẽ ingre-
rint; ideoque Pontifices alio
mentem, alio verterint ma-
num; cum tanta pericula, &
curas, & aurum absumerent.
Ignatius ergo per domos So-
cietatis suæ sparsit, & non
modo vt filios, sed & inter fi-
lios habuit, vt sane eius indu-

stria

†
stria loco Iulij, ac Gregorij
diu fuerit. Quãobré & ipsum
veneremur vt parentem, cum
vel ab eo duplicem acceperi-
mus patrē, vel duplicē se ipse
præstiterit. Ideo te, Diue, ac
Parens optime, præcamur ac
clines, vt tuo beneficio fa-
ueas, eiq, aut impetres, aut fa-
cias perpetuitatem. Ac si am-
bitiosa vota vnus voti nomi-
ne explicare fas est, diu serues
Innocentium, & cum post se-
ros annos æuo nostro tardio-
res grauē meritis patrio Cœ-
lo recipies socium, reddas a-
lios similes Innocentio. Ipse
enim nos benignissimo pa-
trocinio fouit, & optimis Pro-
te-

rectoribus optimos addidit:
ipse nostras leges ita integras
voluit, ut aduersus Principū
preces auctoritatē suā oppo-
suerit, nostrāq. innocentiam
prætulerit Dominatū gratiæ.
Ipse Sanctissimum os suū in
nostra præconia impendit, de-
ditq. maximū, quod ab opti-
mo Principe sūma virtus ex-
pectet, scilicet, magnas lau-
des. Prædicauit enim nullum
toto terrarū orbe Collegiū vi-
uere, quod solidiorē operam
Vaticano suo præstiterit. Quā-
ta autē hæc? Iam si ambitio-
ni nostræ pabula quærimus,
si nostræ virtuti præmia cupi-
mus, perennē hic fontē habe-
mus.

mus. Quid enim certius quã
à Põrifice, quid maius, quam
ab Innocentio commendari?
Abibit deinceps nostra glo-
ria in oraculum, & eam apud
Posterios venerationem in-
ueniet, quam eius Auctor
meretur. Post hæc liceat Pur-
puratos, ac Præfules omnes
compellare. Ex Vobis enim
plures nos protegunt, aliqui
iudicant, omnes amant. Ac
ex utroq. ordine plurimi eo-
rum sanguis estis, qui Colle-
gij primam infantiam suis
sumptibus aluerunt. Quasi
deceat vt beneficium adeo
publicũ omnibus debeat.
Postremo in vobis, Alumni
in.

incllyti, fessa oratio conquiescat. Verum nescio gratulerne, an potius doleam conditionem vestram? Nam primū quidem sæculum attulit plenas manus, & iam multo virtutum, multo honorum cumulo exit. At enim timeo, ne id gravissimè oneret vestram sortem, cum hoc discrimen intersit inter hereditatē magnæ Fortunæ, ac magnæ Virtutis, quod illa posteris suis otia, hæc stimulos legat. Et quamuis merito obiurgentur, qui maiorum fortia facta in illustri desidiæ argumentum vertunt; cum indecorū sit, suam ignaviam alienis labo-

bo-


boribus pascere; Haroum ta-
 mē Filios etsi degeneres Re-
 spública colit; Siue vt præ-
 sentes Parentum virtutes æ-
 ternis Natorum, Nepotumq;
 honoribus excitet, ac laceſſat;
 Siue quia eos spectat tāquam
 paternorum decotum viuen-
 tia simulacra, cum referant
 lineamenta, sonent nomina
 virorum illustrium, ac ipse
 quodammodo sanguis Auo-
 rum imaginem pingat. Nos
 vero hæc otij blandimenta
 non palpant. Nostris nam-
 que Maioribus nunquam ea
 cura fuit, vt Nos, externa,
 atque aduentitia proles, in
 eorum merita irrumptes
 fu-


super partis laboribus latus
ignauum deponeremus: Ne-
que Nobis ius vllum ad ho-
nestam inertiam aut genus,
aut sanguis vindicat. Nulla
enim inter eos, ac nos consã-
gninitas, nisi virtutis. Non
sumus filij, ni moribus simi-
les simus; nec vnquam dice-
mur hæredes, ni æmuli eua-
ferimus. Præterea reputemus,
Maiores nostros arduo itine-
re in tantam gloriã emerfisse:
Vndiq. enim prærupta, atq. as-
pera occurfarunt, cum ab ini-
tio Germania odijs ferox, ar-
mis minax, suspicionibus im-
peruia, cupiditatibus auida
fureret. Nimirum ex recenti


sce-


scelere multi scepra, plures
libertatem sibi sponderat.
Alios libido, alios nouitas,
plurimos, & pietatis species
fascinauerat. At nunc prona
via: Lassata odia, fracta arma,
delusę cupiditates, larę di-
fictę. Nemo ab Hæresi ha-
bet quid speret, habet quid
doleat. Hoc demum cogite-
mus, quod, si æternam Do-
mum hanc volumus, si sæcu-
lum sæculo addere medita-
mur; prioribus meritis noua
aggerere, atq. coaceruare ne-
cesse est. Nam si priuatis Fa-
milijs æternitatem spondent
multi Nepotes, publicis, mul-
tę Vitutes.

FINIS.









Specianus

1. 2. 3.

1. 2. 3.

1. 2. 3.

Th
5811